ydropicus si tussim habuerit desperatus sit. Stranguriam et dissu-
riam repletio et flebotomia solvit. Incisa vena que interius est
in talo. Asquinancie habito tumore et rubore supervenientibus in pectore
bonum foras enim egreditur ut convertitur egritudo. Quibuscumque irrode-
tur dolor fit in cerebro in iii diebus pereunt. Si non hos effugiunt sani
fiunt. Sternutatio fit a capite ex calefacto cerebro aut humectato. quod
in capite vacuo effunditur. exit enim intus aer existens foras. Sonat autem
quia per angustum ei exitus. Quicumque epar circa dolent. hiis febris supve-
niens solvit dolorem. Quibuscumque convenit sanguinem auferri a ve-
nis hos oportet flebotomare vere. Quibuscumque inter renes et ventrem fleg-
ma concluditur et dolorem prestat si hiis exitum in ventrem venerit
hiis per venas in vesicam converso flegmate solutio morbi fit. Quibus-
cumque epar aqua repletum in omentum erumpit. hiis venter aqua
repletur et moriuntur. Anxietas. oscitationes rigores. vinum mixtum
bibitum solvit egritudinem. Quibuscumque in veretro pustule nascuntur
hiis cum fuerit facta et erupta solvitur dolor. Quibuscumque cerebrum motum
fuerit ab aliqua occasione. necesse est sine voce fieri statim. Corporibus humi-
das habentibus carnes famem adhibe melius est. fames enim siccat
corpora. Si a febre habito tumore non existente in collo suffocatio
repente innascatur ut deglutire non possit mortale.

Explicit lib. aphor. ypocratis.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG

BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA

© Biblioteca Apostolica Vaticana

http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_1196/0043

MANFRED
LAUTENSCHLÄGER
STIFTUNG